



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

X. De episcopo per necessitatem vagante.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

rum, qui ad illum non pertinent, importunus existat, vacua sint & inania, quæ ab eo fuerint ordinata. Ipse autem \* digna excommunicatione censeatur, & \* abominetur a sancto Concilio.

\* f. dignus  
\* al. alienetur

VIII.

Episcopum non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicatu episcoporum, qui post exitum præcessoris potestatem habent, quem dignum elegerint.

8. q. 1. Burchar. lib. 1. c. 187. luo p. 5. c. 303.

IX.

Si quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum, subripiens populos, sine consilio integri ordinis, intruerit; etiam si populus, quem seduxit, desideret illum; alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum Concilium dicimus illud, in quo metropolitanus episcopus fuerit.

Dist. 92. c. Si quis episcopus vacans.

X.

Si quis episcopus ordinatus, \* pro contemptio-  
ne populi, aut pro aliqua alia ratione, & non pro sua culpa, in parochia quæ ei fuerit data, \* non læsit, hunc oportet honorem sacerdotum tantummodo contingere; & de rebus ecclesiæ, in qua conuenit, nihil sibi præsumat. Sustineat autem quid de eo sanctum Concilium iudicare voluerit.

\* per contentio-  
nem populi,  
\* al. non ierit,

XI.

Si quis episcopus ab episcopis ordinatus no-

Concil. Tom. 12.

Q999 ij